



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/322657>

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI JOHANNIS ISAÄCI DE FREMERY,

MATH. MAG. PHIL. NAT. MED. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

In Academia Rheno-Trajectina

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

PHILIPPUS ALEXANDER HAAS, A. FIL,

AMSTELODAMENSIS.

AD DIEM XXX M. MARTII, ANNI MDCCXLVIII, HORA III.

---

TRAJECTI AD RHENUM.

Apud J. DE KRUYFF.

MDCCXLVIII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

*Aequae variae ac valide rationes me, re bene perpensa, moverunt ut specimen, de loco quodam ex libro III. Cod. Merc. (de jure uxorii in bona decoctoris mariti) quod conscribendum jam antea, auctore Cl. Holtio, praeceptore dignissimo, suscepseram, hisce temporibus, non absolvam, illudque demum post aliquot menses, vernacula fortasse sermone, tamquam studiorum Academicorum primitias in lucem prodam. Haec in primis praefanda habui.*

*Sed et hic simul arripio occasionem, grati peragendi officii. Vos nempe V. V. C. C. quos in hacce Academia, tam in Literis humanioribus quam in Jurisprudentia Praeceptores habere mihi contigit, qui tam verae humanitatis, quam doctrinae amore et principiis, animum imbuere conati estis, summas accipite grates! Ita de me vobis persuadeatis, nullum fore tempus vitae, quo umquam inde dulcissima evanescere possit recordatio!*

*Valeatis et vos, quos et intra et extra studiosorum agmen, dilectos habui amicos. Eadem qua hac usque me ornavistis amicitia, utinam etiam in posterum me ornare pergatis! Vivite felices!*

and so continuing in his other writings, in all his smoother efforts or more refined  
work. Other scholars had no power over the field but this, and we may  
necessarily conclude that he was a man of taste and culture, and, indeed, more  
especially, a man of refined taste, and greatly inclined to elegance and distinguished from  
others by his singular power of writing concisely, lucidly, and perspicuously.

John Dryden  
was a man well fitted for his purpose, a man of refined taste, and of great  
distinction, accomplished at every subordinate task of his authorship, equal in  
discovering to others many excellent traits and very striking fine qualities,  
of which this is the first. His power of writing concisely, lucidly, and  
perspicuously, indeed, is all that can be desired; and his manner of writing  
is such that it may be observed that he has done his best to make  
himself a master of every species of composition, and that he is very  
well qualified to write in any language, and in any style, and in any  
manner, and in any subject.

John Dryden

## THESES JURIDICAE INAUGURALES.

---

Non assentior Clar. Savigny (system II. p. 481.) definienti, — „Minima capitis deminutio, heisst eine Veränderung des privatrechtlichen Status, (der Familienverhältnisse) welche mit einer *Verminderung* der Rechtsfähigkeit verbunden ist.“

Minus probanda est definitio libertatis, quam proposuit Clar. Vangerow, quod sit dominium in proprio corpore.

### III.

Duo rei promittendi, non gaudeut ex Nov. XCIX. beneficio divisionis.

### IV.

Si rem suam pignori datam debitor surripuerit et vendiderit, usucapi ea potest, nec exigitur eam in potestatem creditoris reversam fuisse. Nec obstat L. ult. D. de usuc.

### V.

Modum usurarum in conventionibus, ex arbitrio constitui posse contendo.

## VI.

In casu art. 1117 al. 2. C. C. B. j<sup>o</sup>. art. 1120, heredes mihi videntur in eligendo Notario ad dividendam hereditatem, talem eligere debere, qui competens est in loco, ubi hereditas est delata.

## VII.

Qui heres sub beneficio inventarii, contra art. 1080 C. C. B., bona hereditatis privatum vendit, tenetur tantum ad interesse praestandum.

## VIII.

Multa videntur mihi pugnare ut art. 1498 C. C. B. cum Voetio explicemus, et non in sistema Glückii et Durantonis, verba (alhoewel dezelve nog niet gewogen, geteld of gemeten zijn,) supervacanea dicamus, tamquam non esset revera emtio-venditio per aversionem.

## IX.

Profluit ex legis ratione, non omnes actiones quae contra mercatorem ante eius fori-cessionem institutae sunt, praesertim non quae ex nomine in personam sunt, statim post declarationem art. 764 j<sup>o</sup>. art. 769 C. M. B., promiscue contra curatores peragi posse.

## X.

Non licet collegio municipali, leges aut statuta facere proxenetis.

## XI.

Assecuratio, quae dicitur, *salvae navigationis*, illicita est.

## XII.

Cambium proprium (een orderbriefje sec. art. 208 C. M. B.) profectum a non mercatore, neque rem mercatoriam spectans, nihilominus legi mercatoriaie subjectum est.

## XIII.

Qui pure debet, non tenetur cambii, istius debiti causa in eum trassati, solvere impensas protestationis.

## XIV.

Licet judici cantonalis, uxori auctor fieri ut sese defendat in judicio, si maritus ad hoc citatus, negat aut non comparet.

## XV.

Quamquam peregrinus non praestet cautionem judicatum-solvi, ob hanc solam causam nequit inde sequi exceptio, quae dicitur (eene niet ontvankelijk verklaring) in petitione, neque confirmatio sententiae judicis a quo.

## XVI.

Non assentior Ampl: de Bosch Kemper statuenti licere judici quaesitori exigere a non reis traditionem instrumentorum, ut illis tamquam instrumentis probationis in inquisitione utatur.

## XVII.

Qui obtendens religionem jusjurandum detrectat, non debet puniri, licet non sit talis agniti cultus assecla, qui expresse vetat quominus juret.

## XVIII

Ex art. 434 C. P. si temporis, loci, aliorumve adjuncrorum causa incendium oriri nequit, non est talis, qui puniri possit delinquendi conatus.

## XIX.

Personae, quibus ex legis sanctione jurare non licet, nihilominus si coram judice falsam declarationem exhibeant, falsi testimonii rei mihi videntur.

## XX.

Qui sciens pretium ex rei furtivae venditione profectum, in solutum accipit, tanquam furti socius puniri nequit.

## XXI.

Nequit rex, ineundo foedere cum peregrina civitate, sine consensu Ordinum generalium, nova tributa inferre, aut mutare quae iam existunt.

## XXII.

Quae ante introductionem Cod. Civ. qui nunc viget, iam exstabant decimae, redimi posse mihi videntur, secundum regulas in Decreto Napoleontis 22 Jan. 1813 praescriptas.











